



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput centesimum decimum tertium. Jesus hominum vitia reprehendit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

super me.

Ezech. 43. 4. Et majestas Domini ingressa est Templum per viam porte qua respiciebat ad Orientem.

Agg. 2. 7, & seq. Quia hac dicit Dominus exercituum, Adhuc unum modicum est, & ego commovebo caelum, & terram, & mare, & aridam. Et movebo omnes gentes, & veniet Desideratus cunctis gentibus; & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius novissima, plusquam prime, dicit Dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.

Zach. 14. 21. Non erit mercator ultra in domo Domini in die illo.

Malach. 3. 1. Ecce ego mitto Angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad Templum suum Dominator, quem vos quaritis, & Angelus quem vos vultis.

bas evertit; & dicit eis, Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Videntes autem Principes Sacerdotum & Scribae mirabilia quae fecit, & pueros clamantes in Templo & dicentes, Hosanna filio David, indignati sunt. Et Marc. 11. 15, & seq. Luc. 19. 45, 46.

Joh. 2. 13, & seq. Et prope erat pascha Judaeorum, & ascendit Jesus Hierosolyman, & invenit in Templo vendentes boves, & oves, & columbas, & nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de Templo, oves quoque & boves, & nummulariorum effudit as, & mensas subvertit. Et his qui columbas vendebant, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. Recordati sunt vero Discipuli ejus quia scriptum est, Zelus domus tua comedit me.

CAPUT CXIII.

Jesús hominum vitia reprehendit.

SAP. 2. 12, & seq. Circumveniamus ergo Jesum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & impropere nobis peccata Legis, & diffamat in nos peccata discipline nostrae. Promittit se scientiam Dei habere, & Filium Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, & immutata sunt viae ejus. Tunc nugas estimati sumus ab illo, & abstinet se à visis nostris tanquam ab immunditiis, & praefert novissima iustorum, & gloriatum Patrem se habere Deum.

Isa. 2. 3, 4. Quia de Sion exiit Lex, & verbum Domini de Jerusalem. Et judicabit gentes, & arguet populos multos. Et Mich. 4. 2, 3.

Isa. 11. 1, & seq. Et egredietur virga de radice Jesse, & stus de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae & intellectus. Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed judicabit in iustitia pauperes, & arguet in aequitate pro mansuetis terra, & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium.

MATTH. 23. 13, & seq. Va autem vobis, Scribae, & Pharisei hypocritae, quia clauditis regnum caelorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes finis intrare. Et per totum reliquum caput.

Luc. 11. 29, & seq. Turbis autem concurrentibus cepit dicere, Generatio haec, generatio nequam est. Phariseus autem cepit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait Dominus ad illum, Nunc vos, Pharisei, quod desoris est calicis & catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Sed va vobis, Pharisei, quia detrimatis mentham, & rutam, & omne olus, & praeservitis iudicium & charitatem Dei: hac autem oportuit facere, & illa non omittere. Et per totum reliquum caput.

Joh. 3. 19, 20. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem; erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.

Joh. 7. 7. Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt.

Joh. 8. 44, & seq. Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.